This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

730
K16
UC-NRLF
$B 64 648

C 54558

GIFT OF
HORACE W. CARPENTIER



EX LIBRIS

Gaylord Bros., Inc.
Stockton, Calif.

F.W. CARPENTIER

KAMMAVAKYA.

LIBER DE OFFICIIS SACERDOTUM BUDDHICORUM.

PALICE ET LATINE PRIMUS EDIDIT ATQUE ADNOTATIONES ADIECIT

FRIDERICUS SPIEGEL.

Bonnae ad Rhenum.

IMPENSIS H. B. KOENIG

1841.

PROSTHAIN

3280

कम्मवाक्यं

LIBER DE OFFICIIS SACERDOTUM BUDDHICORUM.

PALICE ET LATINE PRIMUS EDIDIT ATQUE ADNOTATIONES ADIECIT

FRIDERICUS SPIEGEL.

Bonnae ad Rhenum.

IMPENSIS H. B. KOENIG.

1841.

730
K16

CARPENTIER

UNIV. OF
CALIFORNIA

Praefatio.

Quindecim fere anni praeterierunt, ex quo conjuncta Burnoufii et Lassenii opera doctissimae illae commentationes de lingua pâlica, cujus vix nomen tunc temporis apud nos innotuerat, in lucem prolatae sunt. Quas, quanto applausu, ubi spatium adhuc ignotum aperiebatur, nostra aetas exceperit, quis est, qui nesciat? Quod tamen inde, neque ab his neque ab aliis viris doctis, qui Indicis studiis operam dant, in Europa quidquam editum sit, nolite mirari, quum ea lingua, quae semper principatum inter Indicas tenebit, tam multi atque magni laboris indigeret. Ad quod accedit, ut codices manuscripti apud nos non tam crebro extent ac lingua sanscrita conscripti.

M163632

Denuo autem Mahavansa, qui liber et inquirendae linguae pâlicae et cognoscendae historiae Indicae pari momento, abhinc quatuor annis a Turnourio in Taprobane insula edi coeptus est, animos doctorum ad haec studia intendit.

Hoc ipso libro ego quoque impulsus, cum linguae pâlicae operam dare constituissem, frustra circumspexi, e quibusnam libris parari posset hujus linguae cognitio accuratior. Quare, ut ad unicum locum confugerem, ubi praeter linguae sanscritae doctrinam etiam huius linguae cognitio in Germania accipienda esset, Bonnam adii. Neque spes me fefellit. Nam Lassenius, pro sua erga omnes qui eum adeunt benevolentia, non solum mihi omnia, eaque non pauca, quae ipse de hac lingua perscrutatus erat, tradidit, sed mihi etiam codicum, quos incredibili labore Parisiis descripserat, usum liberaliter praebuit, ut quam plurimos fructus ex iis perciperem. Primitias eorum, quae collegi, nunc publici juris facturus, primum hunccce libellum edere constitui, quem ad edendum aptissimum esse jam docuerunt clarissimi illi linguae pâlicae vindicatores. Sed, antequam de libello ipso loquar, ea, quae de indole et ingenio linguae pâlicae cognitione digna sunt, paucis proferam.

Buddhae sectatores, Brachmanum exemplum nequaquam secuti, linguam sanscritam non solam adhibuerunt in libris sacris conficiendis, sed non dubitarunt, linguis

vulgaribus etiam scripta sacra conscribere*). Inter eas, quas primo ad libros exarandos adhibuerunt, lingua, quam pâlicam nominare consuevimus, tam insignem locum tenebat, ut lingua sancta Buddhicorum, Pegu, Siam et Taprobanem insulam habitantium usque ad hanc aetatem maneret. Cum vox पालि ipsa in lingua pâlica tres partes sacrorum librorum significet**), vox पालिभासा vim habebit: lingua sacrorum librorum, diversa ab सत्थकथाभासा i. e. lingua singhalensis, in qua commentarii ad tres partes librorum sacrorum scripti sunt. Apud Buddhicos ipsos plerumque मागधी vocatur, quo testimonio, id quod Burnoufii et Lassenii disceptationibus extra omnem dubitationem positum est, optime probatur, hanc linguam in India ipsa ortam esse. Quod tamen Buddhae sectatores contendunt, eam minime descendere a sanscrita, quin etiam, esse priscam et ex qua omnes ceteras linguas esse deducendas, vix dignum est, quod refutetur.

---

*) Apud Tibetanum quendam auctorem (cf. Journ. of. the As. Society of. Bengal. 1838. March. p. 281. sqq.) sacra quaedam invenitur narratio, quae exhibet, quanam lingua quodque scriptum confectum sit. Narrat, Sutra esse lingua Sindhica confecta, Parâmitâm et Mantras lingua sanscrita, scripta, quae Tantra appellantur lingua sanscrita, prâcrita et apabhrança atque linguis barbarorum. Omnia scripta etiam lingua persica, sinica et tibetana esse confecta.

**) Cf. Mhv. p. 253. l. 2. थेरियाच्छरियो सब्बे पालिं विय तं अगगहुं et imprimis] p. 252. l. 10. Cf. etiam Prinsep. Inscriptions of Delhi and Allahabad. Nr. V. l. 1. हेवं च हेवं च मे पालियो वादेथ.

Quae lingua quum sancta Buddhicorum sit, consentaneum videtur credi, ab illis ad Taprobanem insulam introductam et inde in Indiam transgangeticam translatam esse. India autem magna vario commercio cum Taprobane insula antiquissimis temporibus coniuncta est, nota est mentio huius insulae adeo in Ramaïde. Enumerantur sex reges brahmanici *) in Mahavansa, quos, ante memoriam Asocae regnum tenentes, dubitari nequit, alia lingua usos esse. Quod egregie probatur multitudine vocabulorum e lingua sanscrita, non pâlica, in linguam singhalensem translatorum, quae priore illo commercio illata esse mihi videntur ut कर्ण auris, non कण्ण, वैर, non वेर, quin etiam vocales ऋ, ॠ, ऌ et ॡ inveniuntur, eodem modo visarga, qui in lingua pâlica fere evanuit **), in lingua singhalensi usitatissimus est (ex. gr. दुःख dolor, non दुक्ख ut in ling. pâl.). Sunt denique omnes libri, qui tractant geometriam, astronomiam etc., lingua sanscrita conscripti.

Propius adhuc Elu ad linguam sanscritam accedere, quin etiam originem ex ea ducere fertur, quod tamen addubitamus, ipsis Cloughii verbis innisi ***), quia

*) Reges Ceylonenses ante Asocam re vera brahmanicos fuisse vidimus e mentione Brahmanum; cf. Mhv. p. 50. l. pen. p. 60. l. 9. p. 65. l. 6. etc.

**) Cf. Essai sur le Pali p. 77.

***) Clough Singhalese dictionary pref. p. II. *The Eloo has undoubtely given birth to the vernacular language of this country.*

Raskius, linguam singhalensem numero dekkhanicarum esse adscribendam, certissimis probavit testimoniis.

Scrutantes in libris Singhalensibus, quando advenerint Buddhici, linguam pâlicam secum ferentes, illatam esse illam invenimus tempore Devânaampiyatissae, aequalis Açocae illius, Magadhorum regis, quem regnasse annis 260—219 certissimis rationationibus constat, quas tamen hic proferre longum est *). Hic filium **) Mahindam in Taprobanem misit, qui hanc insulam disciplinae Buddhicae aperiret, unde linguam मागधी nominatam esse verisimile est. Et profecto, collatis inscriptionibus illis, quae ad nostram aetatem pervenere, cum lingua pâlica, minime dubitari potest, quin hae linguae arctissime coniunctae sint. Hae linguae non ita multum distant a sanscrita, cum neque literas elidant, neque literas aspiratas in ह commutent, ut lingua prâcritica, nisi paucis exceptis ***). Eodem mode य in ज tantum mutatur, si

---

It appears to claim great antiquity, and, being derived from Sanskrit, a great portion of her may be traced from that source.

*) Cf, quae ingeniose, ut solet, hac de re disputavit cl. Lassenius Zeitschr. fürs Morgenl. I. p. 109.

**) Fratrem Açocae, non filium fuisse Mahindam contendit Foe kue ki. p. 209. Sed Mahavansa disertis verbis eum filium Açocae facit. Cf. Mhv. p. 76. l. 8.

***) Ita जवहामि = जवधामि Inscr. Delhic. IV. l. 6. ap. Prins. In ling. pâl. invenies पिदहेसि pro पिदधेसि Mhv. p. 4. l. 4. et पनिदहि pro पनिदधि etc.

cum alia consonanti est coniuncta *). Degeneravit autem lingua pâlica non magis a sanscrita quam dialectus Dhaulica. Anteponenda utrique linguae videtur dialectus Girnarensis, quae sanscritae proxima etiam conservavit, eiusmodi verba ut नस्ति etc. Quas tamen inscriptiones quum alio loco mox tractaturus sim, haec pauca hic sufficiant.

Lingua pâlica iam antiquis temporibus per grammaticos exculta est, quorum tamen opera nondum typis expressa sunt, illa autem grammatica, quam usitatissimam inter indigenas et बालावतार nominatam Cloughius transtulit, denuo probat, ex India esse hanc scientiam deductam, quum termini technici ab Indis inventi in hanc gram-

*) De littera य cum literis palatalibus commutatione haec addere liceat. Lingua Dhaulica य semper retinet secundum usum, qui adeo in Mâgadhica dialecto in dramatibus non prorsus evanuit. Cf. Lassen gramm. Prâc. p. 391. Litera य simplex retinetur et in dialecto Girnarensi et in lingua pâlica (cf. Essai sur le Pali p. 163.). Commutationes consonantium compositarum in lingua pâlica admodum frequentes sunt. cf. अच्चयो किच्चं etc. contra य conservata est in अय्यं (आर्य) कय्यं pro कार्यं etc. In dialecto Girnarensi semel inveni अचायिक, quae forma in dialecta dhauliensi अतियायिक scribitur. In vocibus ut कर्तव्यं, ubi lingua pâlica magis degenerata कत्तब्बं ponit, dialectus Girnarensis कतब्बं, dialectus dhaulica कतवियं ponit. — Contra atmanepadam in utraque dialecto evanuit, in lingua pâlica autem conservatum est. Cf. paradigmata apud Clough. Pali grammar p. 102. sqq. et exempla ut दिस्सन्ते Mhv. p. 68. l. 10. दिस्सरे ib l. 11. अरहते p. 69. l. 2. p. 50. l. 9.

maticam introducti sint. Antiquissimam de lingua pâlica grammaticam Câtyâyanae*) cuidam attribuunt haud dubie eidem, qui Vârtica ad Pâninis aphorismos conscripsit, sane eo consilio, ut nomine illo in India celeberrimo auctoritatem linguae suae vindicent. Quod opus non in Taprobane sed in Dakshina esse confectum, contendit Turnourius. Câtyâyanae opus, in Taprobane insula saltem, non iam extat, contra numerus haud exiguus aliarum grammaticarum, quae doctrinam suam e Câtyâyanae opere derivant. Hac saltem in re pâlici grammatici prâcriticis sunt inferiores, quod, falsa de linguae suae aetatis opinione ducti, linguam pâlicam non cum sanscrita comparaverunt, e qua sola accuratior formarum pâlicarum cognitio proficisci potest.

Quod attinet ad lexica, etiam haec opera indicam originem indicant. Quum auctor Amara Koshae doctrinae Buddhicae fuerit addictus, profecto non mirum est, quod lexicon pâlicum ad ejus exemplum confectum sit. Liber धातुमञ्जरि a Cloughio editus Dhâtupâtham sanscritum ubique sequitur, omissis tamen pluribus capitibus. Cetera linguae pâlicae monumenta, quae adhuc extant, a Turnourio et Uphamio enumerantur **). Prima tantum pars

*) De Câtyâyano nostra cf. doctiss. Boehtlingkium Panini T. II. p. XLIX. De Buddhicis narrationibus de hoc grammatico vid. Mahav. p. XXVI.

**) Cf. Turnour. Mhv. p. LXXV. Upham X. Sacred and historical books III.

Mahavansae typis exscripta est, qui, quanti sint momenti literae pâlicae, optime demonstrat. Libri sacri in Taprobane sero conscribebantur, quum per magnum temporis spatium vivo sermone proderentur *).

Sed hactenus de lingua pâlica. Quod vero attinet ceteras linguas gentium Buddhicarum haud dubie lingua tibetana et singhalensis sunt gravissimae, ambae in Europa vix notae, nullumque opus, quod sciam, his conscriptum typis expressum est. De lingua tibetana mihi persuasum est, versiones e lingua sanscrita esse nimis fideles, quas vix intelligas, omisso aut ipso opere sanscrito aut lexico tibetano — sanscrito **). Quamquam pauca tantum loca contuli, confirmatur tamen sententia mea lexico tibetano a Csoma Korosi edito, ubi voces tibetanae per voces sanscritas exprimuntur, quae in compositionibus tantum adhiberi possunt (ex. gr. अभि p. 139.) et versiones Sinenses. (cf. Foe kue ki LX.) ***). Utinam illustrissimo lexici tibetici editori placeat id quod iam pro-

*) Mhv. p. 207. l. pen.

पिटकत्तयपालिं च तस्स अत्थकथं च तं ।
मुखपाठेन चानेसुं पुब्बे भिक्खू माहामति ॥
हानिं दिस्वान सत्तानं तदा भिक्खू समागता ।
चिरट्ठितत्थं धम्मस्स पोत्थकेसु लिखापयुं ॥

**) Cf. प्रज्ञा पारमिता
ses rab ki baroltu singba.

***) Singhalenses etiam si quid vertunt, verbotenus vertunt. Cf. Clough in Oriental Miscellaneous Translations. T. II.

misit praestare et studia nostra editione sanscrita et tibetana Lalitavistarapurânae adjuvare!

Sed transeamus ad libellum nostrum. Affirmat Cloughius hunc esse Vinayapitacae partem omniaque manuscripta conscripta sint literis pâlicis illis vetustioribus, quas Pali carrée nominabant auctores libri: Essai sur le Pali. Commentarius libri in Taprobane non extat; in Italia librum nostrum una cum commentario asservari docet Paulinus a Bartholomeo, quod tamen secus credo.

Versiones nostri libelli extant duae, una a BUCHANAN, altera a CLOUGHIO edita *). Quarum tamen illa non e lingua pâlica, ideoque pâlica vocabula semper corrumpit. Quae additae sunt explicationes ad verba ipsius libri, ab editore collectae an e glossatore editae sint, incertum est. CLOUGHII versio textum stricte sequitur. Ambae versiones a textu raro aberrant, imprimis versio Cloughiana multis locis genuinum sensum, et interdum etiam veras lectiones indicavit. In Cloughii versione hic libellus primo tantum capite continetur, praeterea sex capita addita sunt; affirmat tamen Lassenius, omnes quos

*) Sunt capita reliqua apud Cloughium. Cp. II. on the investiture of an ordained priest with the complete robe. C. III. On the consecration of a side for the performance of the Poyas. C. IV. The bestowment of the Kathina. C. V. On the election of a Thera under some special name. C. VI. On giving a name to a priest. C. VII. On the dedication of a temple.

viderit codices non amplius progredi. Codice usus sum Parisiensi, a Lassenio descripto, quum Parisiis commoraretur, quem pluribus illustrare supersedeo, quum iam tractatus sit: Essai sur le Pali. p. 205—209. Codicis in fine desunt pauca, quae tamen facile addi possunt. Codices manuscriptos librorum pâlicorum esse non sine mendis, non est mirandum. Describuntur quidem magna cum diligentia, sed quum scribis plerumque deficiat linguae sanscritae cognitio, nihilominus vitia irrepunt et facile propagantur. Hinc explicari potest constantia errorum in codice nostro, quorum nonnullos in adnotationibus commemoravi. Facillime hi errores corrigi possunt collatis libris pâlicis in Taprobane exaratis cum codicibus nostris Siamensibus, nam raro hi codices eosdem errores proferunt. Praeter errores, de quibus in adnotationibus verba feci, imprimis hi perquam frequentes sunt: Manuscripta Palico-Siamensia vulgo pro प फ exarant, ex. gr. पद्दीफ संनिकातो उफोसथो, quem errorem in libris Singhalensibus nusquam inveni, si vocem पुप्पं excipis, quae secundum Abhidhânam etiam फुप्फं scribitur. Eodem modo evitantur in libris Singhalensibus errores ut परिसुद्दो, सद्दिं (साईं), qui in codicibus Kammavakyae et Pratimoksha sunt frequentissimi. Contra regulas sanscritas de न et ण literis semper fere in his codicibus observatas inveni, ubi libri Singhalenses plerumque nullum discrimen

constituunt. Exempla haec sufficiant: पानको an insect. Abh. II. 10. 13. पानो animal Mhv. p. 3. l. ult. p. 90. l. 9. contra पापं = पानं Abh. II. 5. 14. Eodem modo खणं et खनं promiscue; et exempla ut वुत्ति Abh. I. 1. 2. 3. in Mahavansa ubique inveniri possunt. Haec tamen menda facile emendari possunt, collatis inter se manuscriptis Singhalensibus et Siamensibus.

De mea hujus libri editione pauca mihi dicenda sunt, praeter ea, ut lectores benevolos iterum iterumque rogem, ne nimis severe hoc primum editionis libri pâlici periculum judicent. Menda haud pauca inesse probe scio, neque aliter expectari potest in libro, ad quem edendum tam pauca subsidia adhiberi potuerunt. Quos enim in manibus habeo libros lingua pâlica conscriptos, subsidia quidem sunt haud spernenda, nequaquam tamen sufficientia. Mahavansae tomus primus, omnis bonae frugis plenus, quantum me profecerit ipsi videbunt lectores ex editione mea. Sed omnia ex eo explicari non possunt, liber utilissimus enim, historiam praecipue spectans, res quae in hoc libro tractantur obiter tantum commemorat. Pratimoksha autem explicatione magis eget, quam qui nostrum librum explicet. Lexicon pâlicum, quod अभिधानप्पदीपिका nominatur, a Cloughio editum, magnum quidem vocabulorum thesaurum continet, attamen non omnes voces complectitur. Haec si reputant lectores spe-

ro fore, ut menda benigne excusent veniamque dent, si nonnullae falso explicavi.

In adnotationibus, quas addidi, versionem meam exemplis aliunde collatis firmare eoque vocabula singula explicare studui. Glossarium, omnia verba complectens, addere ideo nolui, quod in lexico integro edendo jam dudum occupor, ad quod perficiendum praeter quosdam alios libros etiam hunc libellum quantum potui accurate contuli. Loca, quae e Pratimoksha edidi, praecipue eo consilio addita sunt, ut lectores perspiciant totius libri indolem. Librum integrum edidissem, si subsidia mea suffecissent. Ad Abhidhânam ubique lectores delegavi, cujus libri novam editionem parat cl. BROCKHAUSIUS, in qua editione, si quando apparuerit, certe nihil desiderabitur.

Vix, puto, egebit excusatione, quod hunc librum typis sanscritis exprimendum curaverim. Nam quum loca prâcrita in dramatis typis sanscritis exarare nulli dubitemus, eodem jure literas sanscritas in lingua mere Indica et a lingua patria vix degenerata adhibere possumus.

Sed huic praefationi finem imponere non possum, quin publice gratias agam quam maximas viris illustrissimis, RUECKERTO, LASSENIO, GILDEMEISTERO, quibus me omnia, quae de literis Indicis teneo, accepisse glorior. Quibus viris doctissimis, jam mea laude majoribus, qui a primo fere initio usque ad hoc tempus semper foverunt

studia, mea pro tot beneficiis in me cumulatis magis quam verbis exprimi potest, obstrictus sum et semper manebo.

Et nunc haec folia non sine justo timore in lucem emitto, quae si non omnino displicuerint viris doctis, jam operae pretium factum esse censebo.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

p. 6. l. 3. infra lege: उपस्कायो॰

p. 29. l. 13. adde: अकुसलो. Cod. कुसलो, id quod suadente doctiss: Boehtlingkio mutavi in अकुसलो „ineptus“. Clough. be not abashed.

Impressit Franciscus Baaden typis propriis Sanscritis.

कम्मवाक्यं

UNIV. OF
CALIFORNIA

नमो तस्स भगवतो अरहतो

सम्मासंबुद्धस्स ॥

पठमं उपज्झं गाहापेतब्बो ।

उपज्झं गाहापेत्वा पत्तचीवरं आचिक्खितब्बं ।

अयं ते पत्तो । आम भन्ते ।

अयं संघाटि । आम भन्ते ।

अयं उत्तरासङ्गो । आम भन्ते ।

अयं अन्तरवासको । आम भन्ते ।

गच्छ अमुम्हि ओकासे तिट्ठाहि ॥

सुणातु मे भन्ते संघो । नागो आयस्मतो तिस्सस्स

उपसंपदापेक्खो । यदि संघस्स पत्तकल्लं । अहं नागं अनुसासेय्यं ॥

सुणासि नाग। अयं ते सच्चकालो भूतकालो । यं जातं । तं संघमज्झे पुच्छं ते । सन्तं अत्थीति वत्तब्बं । असन्तं नत्थीति वत्तब्बं । मा खो वि त्थासि । मा खो मं अकुसलोसि ।

एवं तं पुच्छिस्संति ॥

सन्ति ते एवंरूपा आबाधा । कुट्ठं ।

नत्थि भन्ते ।

गण्डो ।

नत्थि भन्ते ।

किलासो ।

नत्थि भन्ते ।

सोसो ।

नत्थि भन्ते ।

अपमारो ।

नत्थि भन्ते ।

मनुस्सोसि । आम भन्ते ।

पुरिसोसि । आम भन्ते ।

भुजिस्सोसि । आम भन्ते ॥

अणणोसि । आम भन्ते ।
नसि राजभटो । आम भन्ते ।
अनुञातोसि मातापितूहि । आम भन्ते ।
परिपुण्णवीसतिवस्सोसि । आम भन्ते ।
परिपुण्णं ते पत्तचीवरं । आम भन्ते ।
किंनामोसि । अहं भन्ते नागो नाम ।
को नाम ते उपज्झायो । उपज्झायो मे भन्ते आयस्मा तिस्सत्थेरो नाम ॥
सुणातु मे भन्ते संघो । नागो आयस्मतो तिस्सस्स उपसंपदापेक्खो । अनुसिट्ठो सो मया । यदि संघस्स पत्तकल्लं । नागो आगच्छेय्य ॥ आगच्छाहीति वत्तब्बो ॥
संघं भन्ते उपसंपदं याचामि । उल्लुम्भतु मं भन्ते संघो अनुकम्पं उपादाय ॥ दुतियं भन्ते संघं उपसंपदं याचामि । उल्लुम्भतु मं भन्ते संघो अनुकम्पं उपादाय ॥ ततियंपि भन्ते संघं उपसंपदं याचामि । उल्लुम्भतु मं भन्ते संघो अनुकम्पं उपादाय ॥
सुणातु मे भन्ते संघो । अयं नागो आयस्मतो तिस्सस्स उपसंपदापेक्खो । यदि संघस्स पत्तकल्लं । अहं नागं अत्थापेक्खे धम्मे पुच्छेय्यं ॥

सुणासि नाग । अयं ते सच्चकालो भूतकालो । यं
ञातं । तं पुच्छामि । सन्तं अत्थीति वत्तब्बं । अ
सन्तं नत्थीति वत्तब्बं ॥
सन्ति ते एवंरूपा आबाधा । कुट्ठं । नत्थि भन्ते ॥
गण्डो । नत्थि भन्ते ॥
किलासो । नत्थि भन्ते ॥
सोसो । नत्थि भन्ते ॥
अपमारो । नत्थि भन्ते ॥
नमुस्सोसि । आम भन्ते ॥
पुरिसोसि । आम भन्ते ॥
भुञ्जिस्सोसि । आम भन्ते ॥
अणणोसि । आम भन्ते ॥
नसि राजभटो । आम भन्ते ॥
अनुञ्ञातोसि मातापितूहि । आम भन्ते ॥
परिपुण्णवीसतिवस्सोसि । आम भन्ते ॥
परिपुण्णं ते पत्तचीवरं । आम भन्ते ॥
किंनामो सि । अहं भन्ते नागो नाम ॥
को नाम ते उपज्झायो । उपज्झायो मे भन्ते
आयस्मा तिस्सत्थेरो नाम ॥
सुणातु मे भन्ते संघो । अयं नागो आयस्म

तो तिस्सस्स उपसंपदापेक्खो । परिसुद्धो अन्तरा यिकेहि धम्मेहि । परिपुण्णं अस्स पत्तचीवरं । नागो संघं उपसंपदं याचति आयस्मता तिस्सेन उपज्झायेन । यदि संघस्स पत्तकल्लं । संघो नागं उपसंपादेय्य आयस्मता तिस्सेन उपज्झायेन ॥

एसा ञत्ति ॥ सुणातु मे भन्ते संघो । अयं नागो आयस्मतो तिस्सस्स उपसंपदापेक्खो । परिसुद्धो अन्तरायिकेहि धम्मेहि । परिपुण्णं अस्स पत्तचीवरं । नागो संघं उपसंपदं याचति आयस्मता तिस्सेन उपज्झायेन । संघो नागं उपसंपादेति आयस्मता तिस्सेन उपज्झायेन । यस्सायस्मतो खमति नागस्स उपसंपदा आयस्मता तिस्सेन उपज्झायेन । सो तुण्हस्स । यस्स नक्खमति । सो भासेय्य ॥ दुतियंपि एतं अत्थं वदामि । सुणातु मे भन्ते संघो । अयं नागो आयस्मतो तिस्सस्स उपसंपदापेक्खो । परिसुद्धो अन्तरायिकेहि धम्मेहि । परिपुण्णं अस्स पत्तचीवरं । नागो संघं उपसंपदं याचति आयस्मता तिस्सेन उपज्झायेन । संघो नागं उपसंपादेति आयस्मता तिस्सेन उपज्झायेन । यस्सायस्मतो खमति ना

गस्स उपसंपदा आयस्मता तिस्सेन उपज्झायेन । सो तुण्हस्स । यस्स नक्खमति । सो भासेय्य ॥ ततियंपि एतं अत्थं वदामि । सुणातु मे भन्ते संघो । अयं नागो आयस्मतो तिस्सस्स उपसंपदापेक्खो । परिसुद्धो अन्तरायिकेहि धम्मेहि । परिपुण्णं अस्स पत्तचीवरं । नागो संघं उपसंपदं याचति आयस्मता तिस्सेन उपज्झायेन । संघो नागं उपसंपादेति आयस्मता तिस्सेन उपज्झायेन । यस्सायस्मतो खमति नागस्स उपसंपदा आयस्मता तिस्सेन उपज्झायेन । सो तुण्हस्स । यस्स नक्खमति । सो भासेय्य ॥

उपसंपन्नो संघेन नागो आयस्मता तिस्सेन उपज्झायेन खमति संघस्स । तस्मा तुण्हि । एवं एतं धारयामीति ॥

तावदेव छाया मेतब्बा । उतुपमाणं आचिक्खितब्बं । दिवसभागो आचिक्खितब्बो । संगीति आचिक्खितब्बा । चत्तारो निस्साया आचिक्खितब्बा । चत्तारि च अकरणीयानि आचिक्खितब्बानि ॥

पिण्डियालोपभोजनं निस्सायपब्बज्जा । तत्थ ते यावजीवं उस्साहो करणीयो ॥

अतिरेकलाभो । संघभत्तं । उद्देसभत्तं । निमन्तणं । सला
कभत्तं । पक्खिकं । उपोसथिकं । पाटिपदिकं ॥ आम
भन्ते ॥

पंसुकूलचीवरं निस्सायपब्बज्जा । तत्थ ते याव
जीवं उस्साहो करणीयो ॥

अतिरेकलाभो । खोमं । कप्पासिकं । कोसेय्यं ।
कम्बलं । सानं । भङ्गो ॥ आम भन्ते ॥

रुक्खमूलसेनासनं निस्सायपब्बज्जा । तत्थ ते या
वजीवं उस्साहो करणीयो ॥

अतिरेकलाभो । विहारो । अड्ढयोगो । पासा
दो । हम्मियं । गूहा ॥ आम भन्ते ॥

पूतिमुत्तभेसज्जं निस्सायपब्बज्जा । तत्थ ते याव
जीवं उस्साहो करणीयो ॥

अतिरेकलाभो । सप्पि । नवनीतं । तेलं ।
मधु । फाणितं ॥ आम भन्ते ॥

उपसंपन्नेन भिक्खुना मेथुनो धम्मो न पतिसेवि
तब्बो । अन्तमसो तिरच्छानगतायपि यो भिक्खु
मेथुनं धम्मं पतिसेवति असमणो होति असक्य
पुत्तियो । सेय्यथापि नाम । पुरिसो सीसच्छिन्नो
अभब्बो तेन सरीरबन्धनेन जीवितुं एवं एव भि

क्खु मेथुनं धम्मं पतिसेवित्वा अस्समणो होति अस क्यपुत्तियो । तं ते यावजीवं अकरणीयं ॥ आम भन्ते ॥

उपसंपन्नेन भिक्खुना अदिन्नं थेय्यसंखातं न आदा तब्बं । अन्तमसो तिणसलाकं उपादाय यो भि क्खु पादं वा पादारहं वा अतिरेकपादं वा अदिन्नं थेय्यसंखातं आदियति । अस्समणो होति असक्यपुत्तियो । सेय्यथापि नाम । पण्डुपलासो थण्डनपमुत्तो अभब्बो हरितत्ताय । एवं एव भिक्खु पादं वा पादारहं वा अतिरेकपादं वा अदिन्नं थेय्यसंखातं आदियित्वा अस्समणो होति असक्यपुत्तियो । तं ते यावजीवं अकरणीयं ॥ आम भन्ते ॥

उपसंपन्नेन भिक्खुना संचिच्च पाणो जीविता न वोरोपेतब्बो । अन्तमसो कुन्दकिमिसकं उपादाय यो भिक्खु संचिच्च मनुस्सविग्गहं जीविता वोरोपे ति अन्तमसो गब्भपातनं उपादाय । अस्समणो होति असक्यपुत्तियो । सेय्यथापि नाम । पुथुसी ला द्वेधाभिन्ना अपटिसंधिका होति । एवं एव भिक्खु संचिच्च मनुस्सविग्गहं जीविता वोरोपेत्वा ।

अस्समणो होति असक्यपुत्तियो । तं ते यावजी
वं अकरणीयं । आम भन्ते ॥
उपसंपन्नेन भिक्खुना उत्तरिमनुस्सधम्मो न उल्ला
पितब्बो । अन्तमसो सुञ्ञागारे अभिरमामीति ।
यो भिक्खु पापिच्छो इापकतो । असन्तं अभूतं
उत्तरिमनुस्सधम्मं उल्लपति झानं वा। विमोक्खं वा।
समाधिं वा। समापत्तिं । मग्गं वा। फलं वा।
अस्समणो होति। असक्यपुत्तियो। सेय्यथापि नाम।
तालो मत्थका छिन्नो अभब्बो पुनविरुल्हिया ।
एवं एव भिक्खु पापिच्छो इापकतो । असन्तं
अभूतं उत्तरिमनुस्सधम्मं उल्लपित्वा । अस्समणो
होति असक्यपुत्तियो । तं ते यावजीवं अकरणी
यं । आम भन्ते ॥ ॥

VERSIO LATINA.

Adoratio sit Venerabili, omniscienti, summo Buddhae.

Primum praeceptorem ut sibi quaerat (candidatus) est curandum; postquam praeceptorem sibi procuravit, patera et vestis ab eo sunt poscendae.

Haec est patera tua. Ita domini!

Haec est vestis tua. Ita domini!

Haec est vestis tua exterior. Ita domini!

Haec est vestis tua interior. Ita domini!

Abeas et illo loco stes.

Audiat me concio sacra! Naga a venerabili Tissa upasampadam expectat. Si concioni momentum adest, ego Nagam interrogabo.

Audi o Naga! Hoc tibi est tempus vera dicendi et ea, quae fuere pronuntiandi. Quae fuerunt ego in media concione te interrogabo. Interrogato tibi ea quae sunt, confitenda, quae non, neganda sunt. Noli falsa pronuntiare! Haecce te interrogabo:

Suntne tibi eiusmodi morbi: lepra?

Non est Venerabiles!

Ulcus?

Non est Venerabiles!

Scabies?

Non est Venerabiles!

Tabes?

Non est Venerabiles!

Morbus sacer?

Non est, Venerabiles!

Esne homo? Sum homo Venerabiles!

Esne mas? Sum mas Venerabiles!

Esne tui juris? Sum mei juris Venerabiles!

Esne liber ab aere alieno? Sum o Venerabiles!

Num es inter milites regis? Non sum Venerabiles!

Licetne tibi per parentes tuos? Licet Venerabiles!

Excessistine annum vicesimum? Excessi Venerabiles!

Estne tibi patera incolumis, vestisque incolumis? Est Venerabiles!

Quod nomen tibi est? Mihi, Venerabiles, est nomen Nagae.

Quod porro praeceptori tuo? Praeceptori, Venerabiles, est nomen Tissae, rectoris.

Audiat me venerabilis concio. Naga, per venerabilem Tissam upasampadam gradum expectans a me interrogatus est. Si concioni momentum adesse videtur, Naga accedat. Accedas licet! est dicendum.

Gradum upasampadam a venerabili concione poscentem benigne excipiat me venerabilis concio. Secun-

da vice gradum upasampadam a venerabili concione poscentem benigne excipiat me venerabilis concio. Tertia vice gradum upasampadam a venerabili concione poscentem benigne excipiat me venerabilis concio.

Audiat me concio sacra. Hic Naga a venerabili Tissa upasampadam expectat. Si momentum adest concioni, Nagam de obstaculis interrogabo.

Audi o Naga! Hoc tibi est tempus vera dicendi et ea quae fuere pronuntiandi. Quae fuerint, ego te interrogabo. Interrogato tibi ea quae sunt confitenda, quae non, neganda sunt.

Suntne tibi eiusmodi morbi: lepra?

Non est Venerabiles!

Ulcus? Non est Venerabiles!

Scabies? Non est Venerabiles!

Tabes? Non est Venerabiles!

Morbus sacer? Non est Venerabiles!

Esne homo? Sum homo Venerabiles!

Esne mas? Sum mas Venerabiles!

Esne tui juris? Sum mei juris Venerabiles!

Esne liber ab aere alieno? Sum Venerabiles!

Num es inter milites regis? Non sum Venerabiles!

Licetne tibi per parentes tuos? Licet Venerabiles!

Excessistine annum vicesimum? Excessi Venerabiles!

Estne tibi patera incolumis, vestisque incolumis? Est Venerabiles.

Quod nomen tibi est? Mihi est, Venerabiles, Nomen Nagae.

Quod porro praeceptori tuo? Praeceptori, Venerabiles, est nomen Tissae rectoris.

Audiat me venerabilis concio. Hic Naga a venerabili Tissa upasampadam expectans, liber est ab obstaculis, incolumis est patera vestisque eius. Hic Naga a concione venerabili upasampadam expectat per venerabilem Tissam praeceptorem suum, si momentum adest concioni, Nagae concedat upasampadam per venerabilem Tissam praeceptorem.

Haec est formula:

Audiat me venerabilis concio. Hic Naga, a venenerabili Tissa praeceptore upsampadam expectans, liber est ab obstaculis, incolumis patera vestisque eius. Naga a concione upasampadam poscit per venerabilem Tissam praeceptorem, concio Nagae upasampadam concedit per venerabilem Tissam praeceptorem. Qui venerabilis comprobat upasampadam Nagae per venerabilem Tissam praeceptorem, is sileat, qui non, loquatur. — Secunda vice hanc rem pronuntio: Audiat me venerabilis concio. Hic Naga a venerabili Tissa upasampadam expectans, liber est ab obstaculis, incolumis patera vestisque eius. Naga a concione upasampadam poscit per venerabilem Tissam praeceptorem, concio Nagae upasampadam concedit per venerabilem Tissam praeceptorem. Qui venerabilis comprobat upasampadam Nagae per venerabilem Tissam praeceptorem, is sileat, qui non, loquatur. — Tertia vice hanc rem pronuntio: Audiat me venerabilis concio. Hic Naga a venerabili Tissa praeceptore upasampadam expectans, liber est ab obstaculis, incolumis patera vestisque eius, Naga a concione upasampadam poscit per venerabilem Tissam praeceptorem, concio Nagam upasampadam concedit per

venerabilem Tissam praeceptorem, qui venerabilis comprobat Nagae upasampadam per venerabilem Tissam praeceptorem, is sileat, qui non, loquatur.

Comprobat concio Nagae receptum, ideo silet, ita credo.

Tunc est umbra emetienda, anni tempus est pronuntiandum, pronuntianda est pars diei, concio est pronuntianda. Deinde et res quatuor faciendae et res quatuor non faciendae sunt pronuntiandae.

Comedenda sunt, quae alii reliquere. Hoc tibi per totam vitam tuam studiose est faciendum. Supervacanea sunt: Cibus, concioni oblatus, cibus singulari occasione oblatus, invitatio, cibus per sortes datus, convivium die octavo, decimo quinto et decimo sexto cuiusque mensis institutum. Ita domini!

Vestes pulvere inquinatae gerendae sunt. Hoc tibi per totam vitam tuam studiose est faciendum. Supervacanea sunt: Vestes e bysso, carbaso, filis sericis contextae, vestes laneae, vestes e lino aut cannabi confectae. Ita domini!

Buddhae addictorum habitatio apud radices arborum est facienda. Hoc tibi per totam vitam tuam studiose est faciendum. Supervacanea sunt: Coenobium, domus forma pyramidata exstructa, palatium, aedes, spelunca. Ita domini!

Vaccarum urina pro remedio est utenda. Hoc tibi per totam vitam tuam studiose est faciendum. Supervacanea sunt: Butyrum liquefactum, butyrum recens, oleum, mel et saccharum. Ita domini.

Sacerdotem, qui upasampadam accepit, cum feminâ coire dedecet atque adeo cum brutis. Qui sacerdos cum femina coitum fecit non amplius sacerdos erit, non

Sâkyaputrae assecla. Sicut vir aliquis deciso capite amplius vivere non potest, ita sacerdos, postquam cum femina coitum habuit, non amplius sacerdos erit, non assecla Sâkyaputrae. Hoc tibi per totam vitam tuam est evitandum. Ita domini!

A sacerdote, qui upasampadam accepit, nihil furtim auferendum est, ne folium quidem herbae. Qui sacerdos vel pâdam vel pâdae pretium vel quod pâdae pretium excedit non sponte oblatum aufert, non amplius sacerdos erit, non assecla Sâkyaputrae. Sicut folium flavum, cujus stilus abscissus est, amplius virescere non potest, ita sacerdos, qui pâdam, vel pâdae pretium, vel quod pâdae pretium excedit non sponte oblatum aufert, non amplius sacerdos erit, non assecla Sâkyaputrae. Hoc tibi per totam vitam tuam est evitandum. Ita domini!

A sacerdote, qui upasampadam accepit, animantia de industria interficienda non sunt, ne vermes quidem. Qui sacerdos de industria hominis corpus interficit, vel cujus scelere abortus fit feminarum, non amplius sacerdos erit, non assecla Sâkyaputrae. Sicut rupes magna in duas partes diremta denuo coniungi non potest, ita sacerdos, qui de industria hominis corpus interfecit, non amplius sacerdos erit, non Sâkyaputrae assecla. Hoc tibi per totam vitam tuam est evitandum. Ita domini.

Sacerdoti non licet conditione hominis naturam excedente gloriari; ne hoc quidem dicat: Volo in solitudine degere. Qui sacerdos sceleratus, sex donorum expers conditione hominis naturam excedente gloriatur ut: meditationem, liberationem ab animi cupiditatibus, tranquillitatem, adeptionem, viam (ad nirva-

nam) aut fructum, non amplius erit sacerdos, non Sâkyaputrae assecla. Sicut palma, cujus vertex abscissa est, denuo germina non proferre potest, ita sacerdos sceleratus, sex donorum expers, qui falso conditionem hominis naturam excedentem prae se fert, non amplius sacerdos erit, non Sâkyaputrae assecla. Hoc tibi per totam vitam tuam est evitandum. Ita domini.

ADNOTATIONES.

Nomen कम्मुव, quod codici nostro est praepositum significare idem ac sanscritum कर्मवाक्य docuerunt V. V. Dd. Burnouf et Lassen: Essai sur le Pali p. 206. Vocem कर्मवाक्य ipsam in Manuscripto suo reperisse videtur Cloughius, qui eam versioni suae praeponit*). Significat autem hoc verbum: „Expositio officiorum", nam sacerdotis Buddhici officia in hoc libello exponuntur.

Qui inter sacerdotes Buddhicos vult recipi, is adhuc puer instituendi caussa magistro traditus, usque ad vicesimum annum inter ejus discipulos, quos samaneras vocant, versatur. Vocem autem सामणेर explicant per: समणांस्त्व अपच्च cf. Bopp. kl. Sanskritgr. p. 324. Ubi primum annum vicesimum excessit, absoluta institutione illa sacerdotium accipere licet, qui tamen gradus, priusquam sacerdoti inquirenti probaverit disertis verbis, sese liberum esse a morbis contagione nocentibus, nullo modo ei conceditur.

*) Forma कम्मवाक्यं bene se habet; nam क्य non mutatur in lingua palica. Cf. vocem वाक्यं Abh. I. 2. 2. 2. सतिवाक्यं Abh. I. 2. 2. 19. et सक्य in libro nostro.

Jam quod de caeremonia ipsa ceterum simplicissima dicendum esse videtur, proferemus, ipsissimis verbis Mahavansae auctorem docentem facientes, qui libro quinto operis sui (p. 37. l. 2.), Mahindi inter sacerdotes receptum describens, haecce dicit:

उपज्झायो कुमारस्स अहू मोग्गलि साह्वयो ।
पब्बाजेसि महादेवथेरो मज्झन्तिको पन ॥
कम्मवाचं अका तस्मिं सोपसंपदमण्डले ।
अरहत्तं महिन्दो सो पत्तो सपटिसंभिदं ॥

„Magister adolescentis erat Moggali, in ordinem eum recepit venerabilis Mahadeva, Majjhantika autem ei officia sacerdotis exposuit, eodemque loco, quo upasampadam acceperat, etiam dignitatem arhati atque sambhidam accepit.“ Ex quo loco constat, tribus opus esse ad sacerdotem rite recipiendum atque dicandum, magistro (उपज्झायो), qui eum instituat, sacerdote, qui librum nostrum exponat, (कम्माच्छरियो) et illo, qui eum inter sacerdotes excipiat.

नमो तस्स etc. Omnibus libris palicis praeponitur haec inscriptio. Vox सम्मासंबुद्ध invenitur Abh. I. 1. 1. 4. Vocem सम्मा (= सम्यक्) per omnisciens vertit Turnour Mhv. I. 1. Totam vocem V. V. Dd. Burnouf et Lassen e vocabulario pentaglotto explicuerunt per: „Omnino intelligens qualitatem nec facili nec difficili perceptioni inservientem.“ Essai sur le Pali p. 193.

उपज्झं Origo vocis deducenda videtur e radice sanscrita ध्या cum उप composita. Forma rarissima, sed normae linguae sanscritae plane consentanea. Consentiunt, ut videtur, manuscripta, nam Cloughius eandem formam in manuscripto suo habuit. — Accusativus उपज्झं pendet

a गाहापेतब्बो, accuratiore sermone positus pro nominativo उपक्का.

अयं ते पत्तो Ambo versiones interrogationem hic exprimunt. Praefero tamen meam versionem, quia melius congruit cum आचिक्खितब्बं quod nunquam est investigare ut vult Cloughius, et quia discipuli non secum afferunt vestes cf. Cloughium cp. II.

पत्तं parva olla, quam adhibent sacerdotes Buddhici ad victum colligendum, qua omnes instructi sint, necesse est. Plura de hac olla cf. Foe kue ki p. 82.

चीवरं. Cf. Malat. Madhav. Act I. p. 7. ed. Lass: Scholia ad hunc locum, quae benigne mecum communicavit cl. Lassenius: चीर° चीरेण वस्त्रखण्डेन चीवरं सौगतपरिव्राजिकवासस्. Est omne genus vestium, quas induere solent sacerdotes Buddhici. Nulli concessum est plus quam tres vestes eodem tempore possidere, quae res accuratisimis praeceptis in Pratimoksha praescribitur. Pro. ई semper इ in hac voce exarasse codices e Siam allatos, docuerunt Burnouf et Lassen Essai sur le Pali p. 208. In libris palicis tamen, quae in Taprobane insula exscripta sunt, hoc mendum nusquam inveni. Cf. Mhv. p. 4. lin. ult. p 11. lin. 7. et saepe. Quare hoc vocabulum cum ad manuscripta singhalensia, tum secundum normam linguae sanscritae correxi. — De veste sacerdotis brahmanici vox usurpatur Mahabharat. I. 3638.

आचिक्खितब्बं est desiderativum verbi खा (ख्या) praeposita praepositione आ. Forma saepius in Pratimoksha legitur et in Mahav. ex. gr. p. 133. l. pen. p. 192. l. 7.

संघाटि amictus duplex, quem initiatis tantum sacerdotibus gestare licet. Apud Wilsonem s. v. भिक्षुसङ्घाटि explicatur. Praeterea vox invenitur Mhv. p. 7. l. 3. Adno-

tat Cloughius, in scriptis singhalensibus hanc vestem nominari sangalasivura a sangala duplex.

उत्तरासङ्गो Cod. उत्तरसङ्गो male. Cf. Wils. et Abh. II. 3. 3. 10.

संघो conventus sacerdotum ad sacrum aliquod perficiendum. Diversum est संगीति cf. infra.

नाम „that is to say candidate" glossa apud Buchanan.

आयस्मा Nomen honorificum sacerdotibus inditum; descendit ab आयुस् vita et suffixo मत् atque significat longaevus, improprie venerabilis. cf. Clough. Pali gramm. p. 94.

तिस्सो nomen incertae originis, frequentis tamen usus, apud Bauddhas. Cf. Turnour in Glossario ad Mahav. s. v. Cohaeret cum hoc nomine vox उपतिस्स, nomen Sâriputrae celebris Buddhae discipuli.

उपसंपदापेक्खो. Cod. constanter उपसम्पदापेक्खो quod correxi cf. Mhv. p. 80. l. 6. उपसंपदा est infimus gradus sacerdotis Buddhici, unde derivatum उपसंपादेमि upasampadam accipere cf. Mhv. p. 32. lin. pen. et nostrum librum. p. 7. — Receptus primum numeratur inter पुथुज्जना, qui infimi sunt sacerdotum (Mhv. p. 164. pen.) tum ad तेपिटका evehitur assiduo studio, per quinque fructus (फलानि). Sunt autem hi fructus vel gradus: सोतपन्नि Mhv. p. 4. l. 1. et alias, सकदागामी ibid. p. 173. pen. अनागामी ibid. p. 77. lin. 5. अरहो ibid. p. 13. lin. 3. पच्चेकसम्बुद्धो ibid. p. 24. lin. 7. De his quinque fructibus Remusat Foe kue ki p. 94 pluribus egit. Ad hasce dignitates evehi semper per फलं पाप exprimitur. Ita सोतपन्निफलं पत्वा । अनागमिफलं पत्वा etc in. Mhv. — Conversio ad fidem Buddhicam est: विनय Mhv. p. 94. l. 2. धम्माभिसमयो p. 73. l. 5. converti विनी Mhv. p. 2. l. 8

et 9. se convertere विसुध धम्मचक्कं p. 73. l. 8. Credere in leges Buddhae est पसद् सासने Mhv. p. 25. l. 11. p. 38. l. 10.

पत्तकल्लं quid sit egregie nos docet Pratimokshae locus: उपोसथो यावतिका च भिक्खू कम्मपत्ता सभागापत्तियो च न विज्जन्ति वज्जनीया च पुग्गला तस्मि न होन्ति पत्तकल्लंति वुच्चति ॥. Uposatha caeremonia pattakallam (प्राप्तकालं) nominatur si, quot-quot sunt sacerdotes, officia rite praestitere et nihil admiserunt contra praecepta, quae ad cibos spectant *) neque animantia evitanda in ea sunt.

वत्तब्बं Dicitur in lingua palica वुच्चति pro उच्यते । वुत्त pro उक्त, वत्वा et वत्वान pro उक्त्वा Cf. Mhv. p. 61. l. 3. p. 138. l. ult.

वित्था videtur esse sanscritum वृथा.

कुट्ठं lepra cf. Abh. II. 3. 3. 20. II. 3. 4. 12.

गण्डो blister of the skin Abh. III. 3. 271.

किलासो any other disease. Buchanan. any other cutanous disease. Clough. Videtur esse vox sanscrita क्लेश. Saepe pro ए syllabae primae vocalis अ ponitur, imprimis si syllaba a consonante duplici incipit. Vocabulum nostrum recte ita scriptum esse videmus e अकिलासु a diligent man. Abh. II. 7. 14. Alia exempla sunt: मिलक्खो Abh. II. 7. 15. pro म्लेच्छ; निस्साय

*) सभाग° i. e. स्वभाग cf. Mhv. p. 66. l. 5. Commentarius ad h. l. विकालभोजनादिवत्थुसभागापत्तियो च न विज्जन्ति. Observa usum vocis भाग, quae sensu Buddhico cibi partem significat. ex. gr. Mhv. p. 147. l. 1. 2. et sqq.— पुग्गलो animans, Abh. III. 3. 307. sanscr. पुद्गल persaepe reperitur in scriptis Buddhicis. Comm. गहपतिपण्डकादयो एकवीसति वज्जनीया च पुग्गला हत्थपासतो बहिकरणवसेन वज्जेतब्बा तस्मि न होन्ति ।

Mhv. p. 12. l. 10. p. 58. l. 2. pro निःश्रेयस् cf. Colebrooke Essays I. p. 401.

भुतिस्सो a freed slave cf. Wilso s. v. भुतिष्यो Codex semper भूतिस्सो quod correxi cum secundum normam sanscritam tum secundum Abh. II. 7. 14.

अपापो sansc. अनृपा

अनुञ्ञातोसि मातापितूहि Cod. अनुञातो cum ञ simplici, quae forma tolerari posset secundum normam formarum ut ञाञन्नो Mhv. p. 76. 1. ञाञा Abh. II. 4. 1. 23. et पटिञा Mhv. p. 28. l. 7. Correxi tamen hanc formam, quia semper ञ duplici in Mhv. scribitur. Cf. ex gr. p. 32. l. 8. Neminem inter sacerdotes recipi sine parentum consensu videmus e locis ut Mhv. p. 29. l. 5. p. 32. l. 8.

वीसति. Cod. विस्सति sed infra विसति = वीसति quae forma sola invenitur apud Cloughium gramm. pal. p. 68, Abh. II. 6. 27. in Mahavansa et in Asocae inscriptionibus. Cf. etiam formam prâcriticam वीसई Lassen. gramm. prâc. p. 320. de praecepto ipso cf. Prat. L. v. c. 7. r. 5. यो पन भिक्खु ञानं ओनवीसतिवस्सं पुग्गलं उपसंपादेय्य सो च पुग्गलो अनुपसंपन्नो ते च भिक्खू गारेय्हा इदं तस्मि पाचित्तियं. Qui autem Buddhae sectator animanti, quod nondum annum vicesimum excessit, upasampadam concedit, hoc animans non est receptus inter sacerdotes per upasampadam, si alios sacerdotes conviciatur, dignum est, quod in tartarum dejiciatur.*) Affirmat tamen Buchanan, hoc praeceptum crebro transgredi sacerdotes.

*) Originem sanscritam vocis पाचित्तियं me ignorare libere confitcor. Dedi versionem secundum explicationem sinicam Foe kue ki p. 205, quo de loco infra pluribus agam, ubi Remusat: *pho y thi veut dire tomber et exprime que si l'on n'abandonne pas on tombe dans*

थेरो praefectus coenobii Buddhici sexcenties legitur in Mahavansa aliisque scriptis Buddhicis. Derivatur, teste Cloughio, a voce sanscrita स्थविर्.

उल्लम्भतु. Cod. उल्लम्पतु, quod sensu caret.

अन्तरायिका धम्मा. Vocem धम्म in lingua Bauddharum significare conditionem, Zustand, docuit cl. Lassenius Zeitschr. für's Morgenland I. 228. Eodem sensu vox a philosophis Indicis usurpatur cf. Windischmann: Sancara p. 13. अन्तरायिको adj. ab अन्तरायो impedimentum. Cf. locum in Prat: V. 7. 7. यो पन भिक्खु एवं वदेय्य तथाहं धम्मं देसितं आजानामि यथा येमे अन्तरायिका धम्मा वुत्ता भगवता ते पटिसेवतो नालं अन्तरायायाति सो भिक्खु भिक्खूहि एवं अस्स वचनीयो मायस्मा एवं अवच मा भगवन्तं अब्भाचिक्खि न हि साधु भगवतो अब्भक्खानं न हि भगवा एवं वदेय्य अनेकपरियायेन आवुसो अन्तरायिका धम्मा वुत्ता भगवता अलं च पन ते पटिसेवतो अन्तरायाति एवं चे सो भिक्खु भिक्खूहि वुच्चमानो तथेव पग्गहेय्य सो भिक्खु भिक्खूहि यावततियं समनुभासितब्बो तस्स पटिनिस्सग्गाय यावततियं चे समनुभासियमानो तं पटिनिस्सज्जेय्य इच्चेतं कुसलं नो चे पटिनिस्सज्जेय्य पाचित्तियं ॥

Qui autem sacerdos dicit: Ita praecepta a Buddha data intelligo, sicut: quae leges obstacula dicuntur non sufficiunt ad aliquem impediendum, quin inter sacerdotes excipiatur, hic sacerdos a reliquis sacerdotibus ita est alloquendus: Noli, Venerabilis, ita dicere, noli sanctum Buddham accusare, non enim bonum est Buddham accusare *). Multis e caussis mi bone **) haec obstacula pro-

---

Venfer. Posses suspicari पाचित्तियं = प्राक्षिप्यं. Sed etiam Turnour पचित्तिनं scribit in catalogo librorum sacrorum Buddhicorum (Mhv. p. LXXV.) ut videtur e Manuscriptis singhalensibus.

*) अभ्याख्यानं accusation. Wilso s. v.

**) आवुसो used in addressing an equal or inferior with affection or tenderness, is indeclinable. Clough. Pali grammar p. 70.

nuntiata sunt a Buddha atque re vera sufficiunt ad te impediendum, quin inter Sacerdotes excipiaris, si his obstaculis es obnoxius. Ita a sacerdotibus allocutus, si rem ita esse concedit, ter a reliquis sacerdotibus est alloquendus, ut relinquat sententiam suam, hanc si reliquit faustum est, si non, dignus est, qui in tartarum dejiciatur.

परिपुण्णं अस्स. Cod. परिपुण्णास्स

तुण्हस्स. Malim तुण्हि सिया, quod tamen in textum recipere non ausus sum, vetante Codice. Quum secundum Buddhae leges necessaria tantum dici, alioquin taceri oporteat, Bauddharum sacerdotes de aliqua re rogati aut interrogati nil respondere solent, si rem praebere aut affirmare volunt. Cf. Mhv. p. 6. l. 9 et saepius in Prat. ex. gr. यस्स सिया आपत्ति सो आविकरेय्य असन्तिया आपत्तिया तुण्हि भवितब्बं तुण्हिभावेन खो आयस्मन्ते परिसुद्धाति वेदिस्सामि.

उतुपमाणं videtur idem esse ac उतुक्खानं in Prat. Tempus anni accurate a sacerdotibus mente teneri oportet, propter uposatham caeremoniam, quae observari debet ab omnibus. Cf. Commentarium Prat. ad उतुक्खानं: उतुक्खानं हेमन्तादीनं तिण्णं उतूनं एत्तकं अतिक्कन्तं एत्तकं अवसिट्ठंति एवं उतूनि धपनसासने हेमन्तगि म्हवस्सानानं वस्सेन तीणि होन्ति ॥ अयं हेमन्तउतु अस्मि उतुम्हि अट्ठ उपो सथा इमिना पक्खेन एको उपोसथो संपन्नो एको उपोसथो अतिक्कन्तो इउ पोसथा अवसिट्ठा ॥. Utukkhânam i. e. trium anni temporum*) tanta pars praeterierit, tanta adhuc adventura sit necesse est. Tria sunt anni tempora secundum praecepta, quae in libro Dhapana data sunt, hiems, aestas, tempus pluviosum. — Hoc est tempus hiemis in hoc anni tem-

*) Dividuntur a Buddhae sectatoribus tempora anni aut in partes sex ut ab Indis, aut in partes tres. Cf. Turnour Gloss. ad Mhv. s. v. उतु et praecipue Abh. I. 1. 4. 13.

pore octuplices sunt ritus uposathae, die octavo huius mensis unus praeteriit, unus nunc adest, ergo sex adhuc reliqui sunt.

संगीति concio, ubi liber Winaya exponitur. Descendit vox a radice गै cum सं composita cf. Mhv. capp. III et IV. ubi ejusmodi conciones describuntur.

पिण्डियालोप° Formam पिण्डो nondum inveni in libris palicis, semper scribitur पिण्डो. Cf. Mhv. p. 24. l. 8. p. 176. l. 1. — आलोपो „a mouthful taken up by the hand" Abh. II. 6. 21. Ad पिण्डिया° cf. Mhv. p. 110. l. 10. आलोपभाग p. 147. l. 4. „remnants".

पब्बज्जा a verbo sansc. व्रज्‌ c. praep. प्र coniuncto, quod significat prodire, caus: in exilium mittere. In libris buddhicis पब्बज्ज est: prodire e statu laico ad statum sacerdotis; caus: facere, ut aliquis inter sacerdotes recipiatur. Causativo tamen etiam significatio sanscrita remansit cf. ex. gr. infra inter पाराजिका धम्मा cum. Mhv. p. 24. l, 3. Eodem modo निक्खम्‌ (scr. निःक्रम्‌) excedere etiam est: excedere e statu laico. Cf. Mhv. p. 74. I. 2. of. etiam नेक्खमं Abh. III. 3. 54 et Cloughium ad h. l.

अतिरेकलाभो Hanc vocem Buchanan reddit: but if etc. Cloughius contra: Hence the following are superfluities. Plus differre videntur versiones, quam re vera differunt. Nam inter supervacanea quidem numerantur res, quae hic describuntur, sed nequaquam vetitae sunt.

उद्देसभत्तं food given on particular occasions. Clough. उद्देश motive. Wilso s. v. Vox भत्तं (a radice भज्‌), quae cibum significat, in lingua sanscrita vix hac vi, in lingua palica ceterum usitatissima, usurpatur. Cf. ex. gr. Mhv. p. 7. l. 2. p. 25. l. pen. p. 49. l. 3. alias. Possis hunc sen-

sum e radice ipsa derivare (cf. graec. φάγω, pers. خ et خ), praestat tamen significationem e sensu buddhico vocis भाग derivare de quo supra. p. 29.

सलाकभत्तं daily alms. Mhv. p. 162 l. 6. सलाक „tickets for the distribution of alms to the priests.“ Turnour in Gloss. s. v. सलाकग्गो. Buchanan: „provisions sent by a letter.“ Clough: „food distributed by lot.“ Cum voce सलाकभत्तं non confundenda est vox सरकभत्तं Mhv. p. 197. I. 11. a सरको vas. Abh. II. 7. 32. Mhv. p. 146. l. 11.

तिमन्तपां ex. gr. Mhv. p. 89. lin. 5.

पंसुकूल° pro पंस्वाकूल°. Usitatius esset पंसाकूल° cf. Pratim. पक्कमताथस्मा. Cf. tamen etiam मातापितूहिनुञ्ञातो Mhv. p. 32. l. 8. Invenitur etim सानपंसुकूलं Journ. of the As. Soc. of Bengal. VI. 512.

सापां made of Bengal flax. Wilso s. v. शापां.

भङ्गो a भाङ्गा cannabis sativa. Wilso.

सेनासनं. सेना i. e. भिक्खुसेना ut saepe in Pratim. सेनासनं est habitatio sacerdotum in silva sita. Cf. Mhv. p. 171. l. pen. in Pratim. अरञ्ञकानि सेनासनानि appellantur. Aestatem in silvis aut hortis transigere Buddhae sectatoribus religio est. Hortus, ubi sacerdotes vitam degunt, nominatur आरामो, quod vocabulum sexcenties in Mhv. legitur. In Foe kue ki p. 19. Seng kia lan per „jardin de plusieurs“ explicatur, quod vocabulum cum doctissimo Neumannio (Zeitschrift für's Morgenl. III. p. 121.) per सङ्घा रपां explico sed per „silva multorum“ verto. Nam रपां quod legendum censet vir doctissimus, forma quidem pracritica est, sed non = रत्नं (quod esset रञ्ञां cf. Vararuchi apud Lass. gr. prâc. III. 59) sed idem quod अरपयं cf. Varar. l. c. I. 4. et Lassenium gramm. prâc.

p. 173. Vox रत्नं in lingua palica semper audit रतनं ex. gr. Mhv. p. 4. l. 4. p. 68. l. 6. alias.

अड्ढयोगो house in form of a supanna. Abh. II. 2. 12.

पासादो palace. Abh. II. 2. 11 et 12.

पूतिमुत्तं „urine of a horned cattle" Abh. II. 3. 2. 21.

De ceteris remediis haec in Pratim. praecipiuntur (L. V. 4. 9.) यानि खो पन तानि पणीतभोजनानि सेय्यथिदं । सप्पि नवनीतं । तेलं । मधु । फाणितं । मच्छोमसं (मच्छमंसं) । खीरं । दधिं । यो पन भिक्खु एवंरूपानि पणीतभोजनानि अगिलानो अत्तनो अत्थाय विञ्ञा पेत्वा भुञ्जेय्य पाचित्तियं. Qui sacerdos non aegrotus hisce cibis dulcibus: butyro liquefacto, butyro recenti, oleo, melle, saccharo, carne piscium, lacte, sero, sciens animi caussa vescitur, dignus est, qui in tartarum dejiciatur.

सप्पि butyrum esse inter remedia sacerdotum aegrotorum videmus e Mhv. p. 37. l. ult. — De मधु vid. Mhv. p. 24. l. 7. sqq.

फाणितं sugar. Abh. II. 6. 17.

Quae nunc sequuntur leges in Pratim. पाराजिका धम्मा appellantur. Hoc loco non a re nobis videtur de hoc libro, qui a sectatoribus Buddhae plurimi aestimatur, nonnulla addere.

Pratimoksha continet magnum numerum legum subtilium, quae sacerdotibus Buddhicis praescriptae sunt et quas die octavo et die decimo quinto cujusvis mensis recitari oportet. Legimus hoc praeceptum in ipso fine libri his verbis.

एत्तकतस्स भवतो (भगवतो) सुत्तागतं सुत्तपरियापन्नं अनुद्धमासं उद्देसं आगच्छन्ति तत्थ सब्बेहेव समग्गेहि संवाहमानेहि अविवाहमानेहि सिक्खितब्बंति ॥. Hic liber e Buddhae praeceptis ortus, monitis circumdatus bis per mensem recitatur et est ediscendus ab omnibus, concordibus plane non dissidentibus.

Sequitur nunc ordo totius libri, cum sinica compa-

rata, quam Remusat publici iuris fecit. Foe kue ki p. 104.

I. पाराजिका धम्मा Pho. lo. i. (extreme mechanteté) quatuor tituli.

II. संघादिसेसा धम्मा. Seng kia pho chi cha (ruine de sanga) 12. tituli. Quatuor posteriores यावततियका nominantur, quia constitutum est, ut, priusquam poena afficiantur, sacerdotibus qui vitium admiserunt praecepta illá in mentem revocentur.

III. अनियता धम्मा 2. tituli.

IV. निस्सग्गिया पाचित्तिया धम्मा. Ni sa khi (abandonner) Pho y thi, (tomber). 30 tituli.

V. पाचित्तिया धम्मा. Pho y thi. 92. tituli. Dividitur haec pars in novem capita: 1. मुसावादवग्गो 2. भूतगामवग्गो 3. भिक्खुनोवादवग्गो 4. भोजनवग्गो 5. अचेलकवग्गो *) 7. सप्पाण वग्गो 8. सहधम्मिकवग्गो 9. राजवग्गो। Caput octavum e duodecim, reliqua capita e decem titulis constant.

VI. पटिदेसनीया धम्मा. Pho lo thi thi che ni. (repentir vers à quelqu'un). quatuor tituli.

VII. सेखानि धम्मानि.

VII. सत्ताधिकरणसमथा.

Ut lectores paullulum degustent libri nostri ingenium पाराजिका धम्मा hic profero:

यो पन भिक्खु सिक्खासाजिवसमापन्नो सिक्खं अपच्चक्खाय दुब्बल्यं अनाविकत्वा मेथुनं धम्मं पतिसेवेय्य अन्तमसो तिरच्छानगतायपि पाराजिको होति असंवासो ॥

यो पन भिक्खु गामा वा अरञ्ञा वा अदिन्नं थेय्यसंखातं आदियेय्य यथारूपो अदिन्नादाने राजानो चोरं गहेत्वा हनेय्यु वा बन्धेय्यु वा पब्बाजेय्यु वा चोरोसि बालोसि मुल्होसि थेनोसीति तथारूपो भिक्खु अदिन्नं आदियमानो अयंपि पाराजिको होति असंवासो ॥

*) desideratur finis atque nomen libri sexti in mspto.

यो पन भिक्खु संचिच्च मनुस्सविग्गहं जीविता वोरोपेय्य सत्थहारकं वास्स परियेस्सेय्य मरणवण्णं वा संवण्णेय्य मरणाय वा समादपेय्य अयंपि पाराजिको होति असंवासो ॥

यो पन भिक्खु अनभिजानं उत्तरिमनुस्सधम्मं अतुपनायिकं अलं अरियञाणदस्सनं समुदाचरेय्य इति जानामि इति पस्सामीति ततो अपरेण समयेन समनुग्गाहियमानो वा असमनुग्गाहियमानो वा आपन्नो विसुद्धापेक्खो एवं वदेय्य अजानंएव आवुसो अवच्चं जानामि अपस्सं पस्सामि तुच्छं मुसाविलपिंति अञ्ञत्र अधिमाना अयंपि पाराजिको होति असंवासो ॥

तिरच्छानो animal Abh. II. 10. 38.

सेय्यथा sicut. Abh. III. 4. 6.

पतिसेवित्वा Regula sanscrita, gerundio vocum simplicium त्वा, vocum compositarum य affigi, in lingua palica non observatur, sed ambo formae promiscue inveniuntur. Cf. निक्खमित्वा Mhv. p. 74. l. 2. अभिसिञ्चित्वा p. 115. l. 2., contra गयिह, वन्दिय Mhv. p. 110. l. 6. Cf. etiam Essai sur le Pali p. 129. — De commercio sacerdotum cum feminis praecepta admodum subtilia in Pratim. dantur, quorum nonnulla hic proferre liceat:

L. II. यो पन भिक्खु विपरिणतेन चित्तेन मातुगामेन सद्धिं काय संसग्गं समापज्जेय्य हत्थग्गाहं वा। वेणिग्गाहं वा। अञ्ञतरस्स परामसनं। संघादिसेसो॥ Qui sacerdos mentem suam in pejus mutavit, atque feminae corpus tangit, manum vel crinem eius capit, aut membra eius permulcet, e concione est ejiciendus.

L. v. 1. 6. यो पन भिक्खु मातुगामेन सह सेय्यं कप्पेय्य पाचित्तियं॥ Qui sacerdos una cum femina considet dignus est, qui in tartarum dejiciatur.

Lb. c. 3. 10. यो पन भिक्खु भिक्खुनिया सद्धिं एको एकाय रहो निसज्जं कप्पेय्य पाचित्तियं॥ Qui sacerdos solus cum sola femina sacrosancta in secreto considet, dignus est, qui in tartarum dejiciatur.

चेय्यसंखातं De hac quoque re subtiliora praecepta dantur in Prat: ex. gr. L. v. c. 7. r. 6. यो पन भिक्खु ञातं चेय्यसत्थेन सद्धिं संविधाय एकठानमग्गं पटिपज्जेय्य अन्तमसो तं अन्तरं पि पाचित्तियं ॥

Qui sacerdos capto consilio cum fure eadem via progreditur atque adeo eodem intervallo cum fure ingreditur, dignus est, qui in tartarum dejiciatur.

अहिन्नं part. praet. pro sansc. अदत्तं cf. Mhv. p. 61. l. 6 et Essai sur le Pali. p. 184.

उपादाय inde a. Locus similis in Mahav. p. 141. l. 2. तदुपादाय सो आसी गोटम्बरनामको.

पादो „a dollar, say the pandits" Clough.

संचिच्च i. e. संचिन्त्य, quod vocabulum in lingua palica sensum accepit de industria. Cf. असंचिच्च Mhv. p. 128. l. 6.

वोरोपेतब्बो. रूप नासे Dhatu manjari p. 14. ed. Clough. Forma aut ex वि et अव exorta cf. वोहारो Abh. I. 2. 2. 1. (in Asocae inscriptionibus वियोहारो) e व्यवहार aut ex अवहार anteposita litera व ut in वुत्ति etc. Cf. Clough Pali grammar. p. 11. r. 27. उत्तरिमनुस्सधम्मो i. e. status Arhatis. Ad Arhates spectant सेखानि धम्मानि in Pratim: (Arha est aut अरह aut सेखो cf. Abh. II. 5. 28. Mhv. p. 110. l. 10. aut अरियो Abh. II. 5. 27. Mhv. p. 182. l. ult. Omnes has leges enumerare longum et inutile est, paucas tantum hic adjicio:

सुपटिच्छन्नो अन्तरघरे निसिदिस्सामीति सिक्खा करणीया ।
न उक्खित्तताय अन्तरघरे गमिस्सामीति सिक्खा करणीया ।
न उक्खित्तताय निसिदिस्सामीति सिक्खा करणीया ।
अप्पसद्दो अन्तरघरे गमिस्सामीति सिक्खा करणीया ।
अप्पसद्दो अन्तरघरे निसिदिस्सामीति सिक्खा करणीया ।

Omnes hae leges ad miracula referenda sunt, quas Arhates perficere dicuntur, sunt enim Arhates इद्धिका i. e.

aërem pervolare possunt. Cf. Mhv. p. 13. pag. 33. alias. Cf. etiam Foe kue ki p. 32. Supremus Arhatis gradus appellatur परिसंभिद Journ. of. As. Soc. of Bengal. VI. 513.

पापिच्छो i. e. पापिष्ठ

ह्रापकतो videtur oppositum ह्रलभिञ्ञो Mhv. p. 34. l. 8. quod Turnour vertit „endowed with the six supreme attributes" Malim etiam ह्रलपकतो cf. tamen ह्रउपोसथा p. 32.

समाधि. Cod. falso सधि, quod correxi secundum Cloughium.

कानं eodem modo correxi secundum Cloughium. Fortasse scribendum est ध्यानं, cod. legit च्यानं

मग्गो path to Nirvana Cloughius, haud dubie recte. Cf. Mhv. p. 74. l. 8. p. 92. l. 7.

मत्थको upper sprout of a tree Abh. II. 8. 1. 14.

विहल्हि posui e conjectura, nam quae litera loco ल्ह sit, non liquet. Forma विहल्हि est = विब्रूहि, nam semper fere ल्ह pro ह ponitur in lingua palica ut ल pro ड. Cf. नील=नीड Abh. II. 10. 17. वेलुरियं=वैडुर्य Abh. II. 6. 45, दल्हं=दृढं Abh. I. 1. 1. 40. मुल्हो=मूढ Abh. III. 1. 31. et vox विहल्हि ipsa Mhv. p. 87. l. 5. Si autem ambo literae sunt coniunctae, conservantur. Cf. supra ब्रूहयोग ब्रूहमासो. De eodem usu in Vedis atque linguis dekkhanicis cf. Rosen ad Rigv. I. 1. Colebrooke Essays I. p. 38. not. Eodem modo lingua palica formas ut supra गयिह, वन्दिय etc. et dialectus Dhaulica कटविय etc. retinuit, quas in Vedis quoque legi, nunc certissimum est. Cf. Zeitsch. für's Morgenl. III. pp. 80. 476.

In demselben Verlage ist erschienen:

ÇAKUNTALA, annulo recognita, drama Indicum Kâlidâsae adscriptum. Textum codd. mscr. collatis recensuit, interpretationem latinam, varietatem scripturae et annotationes criticas adjecit Dr. Otto Boehtlingk. Imp. 8°. geh. 8 Thlr.

GILDEMEISTER, I., Die falsche Sanscritphilologie an dem Beispiel des Herrn Dr. Höfer in Berlin aufgezeigt. 8°. geh. 12 gGr.

GITA GOVINDA, JAYADEVAE, poetae Indici, Drama lyricum. Textum ad libros manuscriptos recognovit, scholia selecta, annotationem criticam et interpretationem Latinam adjecit Chr. Lassen, Prof. Bonnens. 4 maj. Cart. 5 Thlr.

INSTITUTIONES LINGUAE PRACRITICAE. Ad decreta Vararuchis et commentarios Bhâmahae, aliorumque concinnavit Chr. Lassen. 8 maj. geh. 7 Thlr. 12 gGr.

KALIDASAE MEGHADUTA et ÇRINGARATILAKA, ex recensione I. Gildemeisteri. Additum est glossarium. gr. 8°. geh. 2 Thlr.

LASSEN, CHR., Prof. Dr., Anthologia sanscritica glossario instructa. In usum scholarum. gr. 8°. geh. 4 Thlr.

LASSEN, CHR., Prof. Dr. Zur Geschichte der Griechischen und Indoskythischen Könige in Bactrien, Kabul und Indien, durch die Entzifferung der Altkabulischen Legenden auf ihren Münzen. gr. 8°. geh. 2 Thlr. 8 Gr.

MALAVIKA ET AGNIMITRA, Drama Indicum Kâlidâsae adscriptum. Textum primus edidit, in latinam convertit, varietatem scripturae, adnotationes adjecit Dr. O. F. Tullberg. gr. 8°. geh. 2 Thlr. 12 gGr.

PANINI'S acht Bücher grammatischer Regeln. Herausgegeben und erläutert von Dr. O. Boehtlingk. 2 Bde gr. 8°. cart. 20 Thlr.

RADICES PRAECRITICAE. Ed. et illustr. N. Delius Supplementum ad Lassenii institutiones linguae praecriticae gr. 8°. geh. 1 Thlr. 12 gGr.

RADICES LINGUAE SANSCRITAE. ad decreta grammaticorum definivit atque copia exemplorum exquisitorum illustravit N. L. Westergaard. Imp. 8°. geh. 8 Thlr 12 gGr.

SCRIPTORUM ARABUM de rebus Indicis loci et opuscula inedita. Ad codicum Parisinorum Leidanorum Gothanorum fidem, recensuit et illustr. I. Gildemeister Fasc. primus 8°. geh. 2 Thlr. 16 gGr.

ZEITSCHRIFT für die Kunde des Morgenlandes. Im Vereine mit mehreren Gelehrten herausgegeben von Prof. Dr. Chr. Lassen IVr. Bd. 1tes Heft gr. 8°. geh 1 Thlr. 16 gGr.

Nächstens erscheint:

Lexicon Palicum

e Lexicographorum operibus confecit exquisitumque exemplorum numerum addidit Friedericus Spiegel. gr. 8°.

T. M. Reg. U. S. Pat. Off.

14 DAY USE
RETURN TO DESK FROM WHICH BORROWED
LOAN DEPT.
This book is due on the last date stamped below, or on the date to which renewed.
Renewed books are subject to immediate recall.

RENEWALS ONLY - Tel. No. 642-3405

ICLF (N)

JAN 3 0 2004

LD 21A-45m-9,'67
(H5067s10)476B

General Library
University of California
Berkeley

3632

730
K16

CALIFORNIA LIBRARY